

Johann Klein von Joachim Christian Hildebrand

**Meditationum Academicarum. Theoretico-Practicarum Exercitatio II. Ad Libr. I.
Digest. Tit. III. IV. & V.**

Rostochi[i]: Richelius, 1692

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736215069>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 12. Nov. 1692

Klein, Joh. /b

MEDITATIONUM ACADEMICARUM.
Theoretico-Practicarum

EXERCITATIO II.

AD LIBR. I. DI-
GEST. TIT. III.
IV & V.

Quam

Propitiante Divini Numinis Gratia
PRÆSIDE

DN. JOHANNE 

J. U. D. & P. P. nec non Consist. Duc.
Mekl. Assessor,

Dn. Mœcenate ac Evergeta suo summo obse-
quio ætatem devenerando

IN AUDITORIO MAJORI.

Placido Eruditorum Examini

AD DIEM MENSIS XII. NOVEMBR.

proponit

JOACHIM CHRISTIAN 
Rostoch. Megap.



ROSTOCH,

Typis JACOBI RICHELII, Ampl. Senat. Typogr.
Anno M. DC. XCII.

17.

MEDITATIONUM ACADEMICARUM
Theoretico-Physicarum
Lecturae II

AD LIBRUM I DE
GEST. TIT. III
IV & V

Propriae Divini Nominis Classis
P. 2. SID.



DR. JOHANNES

Dr. Medicinæ ac Chirurgiæ in hunc ob-

IM AUDITORIO MAJORI

JOACHIM CHRISTIAN

Typis Joannis Rostocki, Anpl. Senat. Typogr.

Anno M. DC. LXXII.

Senatus consultum

LIBRI. I. TITULUS. III.
DE
LEGIBUS, SCTIS ET LONGA
CONSVETUDINE.

17 DISSERTATIO II,
Resp. JOACHI-
MO CHRISTI-
ANO Hiltes
brandt Rostock.
Meg.

§. 1.

Jus Civile Privatum dividi in *Scriptum* i. e. expressâ Legislatoris voluntate sancitum, & *Non Scriptum* i. e. tacito Legislatoris consensu introductum f. *Consvetudinem* supra dictum *Tit. 1. §. fin.* Illius sex recensentur species in §. 3. *J. De J. N. G. & C. & L. 7. ff. de J. & J. (1.)* Lex (2.) Plebiscitum (3.) Senatus Consultum (4.) Principum Constitutiones (5.) Responsa Prudentum & (6.) Jus Prætorium. De duabus speciebus puta *Legibus & Sctis* cum hoc Titulo, subsequenti autem de Constitutionibus Principum agatur, nosq; superiori Titulo de Plebiscitis, Responsis Prudentum & jure Prætorio quantum sufficit, egerimus, id duntaxat in antecessum adhuc cum *Schnobelio ad ff. Disp. 1. §. 16.* notamus: Responsa sc. Jctorum ante Augusti tempora annumerari juri *non scripto*, Ex tempore verò Augusti juri *scripto* accenseri, & ita conciliari §. 8. *J. de J. N. G. & C. cum L. 2. §. 47. ff. De O. J. Plebiscitorum*, nec non juris Prætorii Originem, Progressum & Authoritatem pluribus qui discere avet, adeat Da. Stryk. *in annot. ad J. in Prolegom. c. 1.*

INST. L. 1. Tit. 2.
§. 4. *seqq. C. L.*
16. T. 14. & lib. L.
8. T. 53. *Disp. 11. 12.*
Extra. L. 1. Tit. 4.

§. 2. Agitur *hâc Primâ Tituli Partè* De Legibus, quatenus vox Legis (alias ejus acceptiones videbis ap. Lauterbach. *b. t. §. 9. C. I. A. b. t. §. 1. Eckh. b. t. §. 3.*) in *strictissimo* sumitur significato & reliquis §. juris scripti speciebus opponitur: Pro illo sc. jure, quod in Statu Reip. Rom. mixto Populus Romanus, Senatorio Magistratu interrogante, veluti Consule, constituit. §. 4. *J. De J. N. G. & C. L. 7. pr. ff. de J. & J. L. 1. in fin. verb. Sponsio. & L. 32. §. 1. ff. b. t. Eckholt. b. t. §. 3. Struv. eod. th. 6. & Frantz. eod. n. 6.* Alias *in genere*, non habito respectu ad dictum Reip. Statum, describitur: Quod sit jussio Superioris, singulos in Rep. Cives obligans ad sui observantiam. *L. 2. ff. b. t. Hopp. ad J. Tit. De J. N. G. & C. Hahn. ad W. b. t. n. 2.*

§. 3. Legem *proprie* Constituit, qui jura *Majestatis* habet. *L. fin. pr. C. De Leg.* Unde quæ à Municipalibus Civitatibus jura constituuntur *proprie* non *Legum* sed *Statutorum* appellatione Germ. *Willführ und Stadt-Recht* veniunt.

D

§. 4.

S. 4. Non possunt autem Civitates Municipales Statuta condere Superioritati Territoriali derogantia, Mev. P. 2. Dec. 222. n. 6. ubi exemplum videtur vel Juri Communi contraria L. 3. §. 5. ff. De sepulchr. violat. L. 5. C. De Defens. Civit. Mev. ad jus Lub. qu. pral. 2. n. 57. in fin. sine Superioris Consensu ac Confirmatione. Mev. d. l. n. 63. Hahn. b. t. n. 3. Richter. P. 2. Dec. 80. n. 6. § 44. Carpzov. R. 48. n. 11. & P. 2. C. 6. D. 9. seq. Nisi (1.) Ex speciali privilegio, Mev. ad jus Lub. d. l. n. 42. seq. Brunnem. ad L. 9. ff. de J. & J. (2.) vel immemoriali præscriptione, quæ privilegio æquipollet, Idem d. l. n. 44. Hopp. ad Tit. J. De J. N. G. & C. qu. 16. vel (3.) Ex more regionis, Cothman. Consil. 47. n. 299. Vol. 3. liberum ipsis Statuendi arbitrium competat. Hahn. d. l. Excipiuntur tamen ab hactenus dictis Statuta administrationem bonorum Civitatis Municipalis concernentia e. g. De cerevisiâ braxandâ, igne fideliter custodiendo &c. Brauer, Becker, Seuser und Kleider Ordnung: Hæc n. Civitates etiam sine speciali Principis confirmatione condere posse, t. t. C. De Decret. ab Ordin. fac. tum etiam inde probatur, quod Princeps concedendo Civitati jus administrandi, concessisse etiam videatur jus aliquid Statuendi circa administrationem. L. 2. ff. De Jurisd.

S. 5. Quod Collegia approbata, (de quibus communiter h. l. à Ddbus agi solet) Die Zünfte / Gilden / und Innungen / attinet, statuimus, illa utiq; certa ac specialia Statuta condere posse per L. Ult. C. De Jdict. omn. jud. inibiq; Brunnem. L. 2. §. fin. C. De Const. pec. Carpzov. L. 1. R. 47. n. 6. Richter Dec. 80. n. Ult. omnes, qui sunt in Collegio, obligantia. Carpzov. P. 2. D. 9. C. 6. & Richter P. 2. Dec. 80. n. 6. ita ut Collegiatos Die Zunft-Brüder etiam punire possint; Vid. Hahn. & Lauterbach. b. t. §. 8. Quo tamen casu præventioni Magistratus, concurrentem Jdictionem, cum Collegio habentis, locus est. Gail. 2. O. 20. Hilliger. in Donell. L. 17. c. 9. Lit. Q. Modò (1.) respiciant negotia Collegii. e. g. Mercaturam. Brunnem. ad L. fin. C. De Jdict. omn. jud. ac Artem seu Professionem Artificum; Idem ad L. fin. ff. De Colleg. & Corpor. Eckholt. b. t. §. 9. Berlich Dec. 150. n. 23. Mev. ad J. Lub. L. 4. T. 13. a. 3. n. 38. Hinc Statuta de Hereditatibus, Tutelis, Delictis Publicis & similibus causis, non ad negotia Collegii, sed omnium civium communia spectantibus nullius sunt momenti. Carpzov. R. 48. n. 8. Richter d. l. n. 8. Mev. P. 5. Dec. 257. Brunnem. ad L. fin. ff. De Colleg. n. 13. (2.) Modò non sapiant monopolium L. Unic. C. De Monopol: inibiq; Brunnem. Hinc damnatur Statutum: Ne, quod

quod unus ceperit Collegiatorum, sed nondum perfecit, alter perficere possit. *d. L. Un. Berlich. P. 1. Dec. 26. Vid. Const. Polit. De. Ao. 1577. art. 18. Brunnem. ad d. L. Un.* Item: Ne quis minori pretio vel vendat, Menoch. *De A. J. Q. Cas. 569. n. 6. Molina De J. & J. Tr. 2. Disp. 345. n. 8.* vel opus conficiat, quam de quo sub certâ poenâ inter Collegiatos conventum est, *d. L. Un. C. De Monopol. Mev. ad jus Lub. d. l. n. 39.* Item: Ne quis in arte instituat, nisi filius vel nepos artificis, Azo *in Sum. Tit. C. De Monopol. Tiber. Decian. L. 7. c. 21. n. 14.* Item: Ne quis doceatur, nisi pro certo pretio, vel non minori tempore, quam per certos annos, licet intra illud tempus facillè artem doceri possit *Decian. d. l. n. 16. Boss. Tit. De Colleg. n. 4. & Brunnem. ad L. fin. d. t. (3.)* Modò jurisdictioni Magistratus non præjudicent. *Brunnem. ad d. L. fin. ff. n. 1. Mev. ad J. L. d. l. n. 38.* Hinc non valet Statutum: Ne artifex etiam extra causam artis conveniatur, nisi coram Collegii Senioribus *Sichard. L. fin. n. 5. C. De Idict. (4.)* Modò sint Rationabilia, i. e. neque juri Divino & sanæ rationi, *Mev. d. l. n. 38.* neque juri communi adversa *L. fin. ff. de Colleg. inibiq. Brunnem. Dan. Muller semestr. L. 3. c. 15. Carpz. P. 2. C. 6. D. n. n. 3.* Unde illicita sunt Statuta: Ne Molitorum, Textorum, Opilionum & similibus liberi in Collegia recipiantur. *R. I. De Ao. 1548. & 1577. Tit. Von Handwercks-Söhnen. Mev. P. 5. Dec. 117.* Item: Ne cujus Pater vel Mater diffamatus fuit de scelere, recipiatur in Collegium. *Mev. P. 5. Dec. 118.* Item: Ne, qui ab alio imprægnatam duxit, *Mev. ad jus Lub. d. l. & P. 3. D. 39. n. 8.* vel Sponsam suam ante benedictionem sacerdotalem ipse imprægnavit, admittatur in Collegium. *Carpz. L. 6. R. 99. n. 10. & P. 2. C. 6. D. 14. Berlich. P. 2. D. 299.* Item: Ut ab alio injuriatus, tam diu abstineat ab exercitio opificii sui, donec injuriam vindicaverit. *Vid. R. P. De Ao. 1577. Tit. Von Handwercks-Söhnen. Brunnem. ad L. fin. ff. De Colleg. n. 4. (5.)* Ut si non ex juris necessitate, *Vid. Mev. ad J. Lub. d. l. n. 37. inibiq. all. Dd. Moribus saltem nostris pro majori firmitate & observantiâ à Superioribus confirmentur. Carpz. P. 4. C. 6. D. 9. & L. 1. R. 48. n. n. Mev. d. l. Richter. P. 2. D. 50. in fin. Eckholt. h. t. §. 9. Lauterb. eod. §. 8. & Wehner. Obs. Pract. verb. Zunft.*

§. 6. Nova Lex ad actus (1.) *Futuros, L. 7. C. h. t. L. 29. C. De Testam. (Nisi sit (α.) Legis prioris Declaratoria, Nov. 19. pr. Brunnem ad L. 7. C. d. t. Schnobel. Disp. 1. ff. §. 18. Zcel. h. t. n. 46. (β.) Annullatoria L. fin. C. De Pact. L. pen. C. De Incest. Nupt. (γ.)* Aut expresse caveat, ut

ad *præterita*, adhuc tamen *pendentia*, trahatur *d. L. 7. C. h. t. Gail. 2. O. 9. n. 3. Berlich. P. 2. Dec. 159. n. 6. (2.) Freqventes, L. 3. 4. 5. 6. seq. ff. h. t. & (3.) Possibiles L. 185. ff. De R. 7. regulariter respiciens, à tempore non Conceptionis Natta. Conf. 495. Schultz. P. 2. Q. Pr. 69. n. 43. ut ut quis illam conceptam esse sciat, Zoel. *h. t. n. 11. per tot. Sed Promulgationis, Bald. Conf. 382. L. 2. Fusch. Lit. S. Concl. 443. Befold. Conf. 278. n. 66. duobus ex publicationis tempore mensibus elapsis, (Nisi vel brevius tempus e. g. unius Mensis, Nov. 116. c. 1. c. cum & singula. De Prab. in. 6. Vel longius, v. g. trium mensium, Nov. 58. expressè determinet, vel in continenti obedientiam exigat, Menoch. de A. 7. Q. Cas. 185. n. 1. Carpz. Dec. 101. n. 18. Vincent. De Franchis. Dec. 360. n. 4. vel Particularis sit Inferioris Magistratus Ordinatio, ubi ex solennis promulgationis die obligat. Perez. in C. h. t. n. 20. Philipp. in Uf. Pract. Inst. Eccl. 11. n. 10.) omnes obligat cives ad Scientiam, Obedientiam L. 3. §. 9. C. h. t. aliquando etiam ad Pœnam illâ comprehensam L. 36. §. fin. C. De Donat. Cujac. ac Stephan. ad Nov. 66. c. 1. Coler. De Proc. Execut. P. 1. c. 10. n. 102. cum ex illo tempore *Potentia-zer* Lege novâ in omnium notitiam descendere valente, exceptio ignorati juris locum non inveniat. Eckholt. & Lauterb. *h. t. Qvod nec in Publicis Imperii Legibus aliter se habere ex Reform. Pol. De Ao. 1577. Tit. 18. in fin. Nisi brevior, vel laxior terminus expressè designetur, docet Stryk. in Ufu Mod. ad h. t. n. 15. Exceptâ Camerâ, quam demùm ex facta sibi ab Electore Moguntino insinuationis tempore ad observantiam novæ Imperii Legis obligari, ex Blumii Proc. Cam. Tit. 2. §. 9. cum Strykio *d. l.* accuratè observavit Exc. Rhetius. in Medit. Acad. Diss. 1. posit 22. & D. 3. pos. 12. ejusq; rei exemplum exstat in novissimo Imperii Recessu de Ao. 1654. 17. Maii publicato & 2. Oct. demùm Cameræ insinuato.***

§. 7. Legem sibi subjectos, non vero Legislatorem, ut Lege superiorem stringere, ex Politicorum æqvè regulis, ac in specie quoad Imperatorem in Statu Reip. Monarchico ex L. 31. ff. De LL. & §. fin. 7. *Quib. mod. test. infirm.* satis liquet, ut, quamvis Princeps quandoq; Legibus merè Civilibus (*Divino enim & Naturali jure licet quoad pœnam, quoad Obligationem tamen solutus non est; Stryk. §. 6. 7. De J. N. G. & C.*) ultrò vivat, L. 4. C. De LL. inique Brunnem. illis tamen tam quoad Pœnam, quam quoad Obligationem (distinctione inter *Vim Coactivam & Directivam*, item Potestatem Principis *Ordinariam & Extraordinariam* cum Excell. Strykio *d. l.* & Zoel. ad ff. *h. t. n. 35. rejectâ*) rectè solutus sit. Hopp. ad Tit. 7. De N. G.

N. G. & C. qv. 33. Qvōd Statuitamen Moderno non nisi invitā jurisprudentiā applicabitur; Postqvam enim LL. ferendarum arbitrium non soli Imperatori, ut olim, §. 6. *J. de J. N. G. & C. L. 1. ff. De Const. Princip.* saluum mansit, sed consensus Statuum insuper requiritur, & inde Leges non amplius per *modum imperii*, sed *communis bene placiti* conscribuntur, non dubito cum Dn. Strykiō *in Usu Modern.* ff. b. t. n. 9. asserere, eandem ex hodiernis Imperii Legibus inter Imperatorem & Status Imperii nasci obligationem juris Gentium, qvæ alioqvin ex conventionē nascitur. Vid. Clausula fin. Novissimi R. *J. De Ao. 1654. §. 197. ibi: Solches alles und Jedes & Art. 2. Capit. Leopold.*

§. 8. Ævo Leonis Imperatoris sicuti Senatus Romani nullam, vel certè haud magnam fuisse auctoritatem advertere est, ex *Nov. Leon. 78.* Ita anterioribus temporibus (De quibus videatur inter diversas sententias Eckholt. h. t. §. 19.) tantam eandem nonnunquam exstitisse, ut legislatoriā instructum potestate, proprium Senatus jus constituerit, inde *Senatus Consultum & Amplissimi Ordinis Decretum L. 9. §. 3. ff. Ad Sctum Maced. L. 2. §. 1. ff. De his, quæ ut indign. dictum*, patet ex §. 5. *J. De J. N. G. & C. L. 9. ff. De LL. L. Un. C. De Sctis L. 1. §. 1. & 2. ff. A quib. appell. non lic.* & ex pluribus Sctorum speciebus in Pandectarum Titulis conspicuis v. g. *Scti Macedoniani, Vellejani, Trebelliani, Syllaniani, Claudiani, Turpilliani, Tertylliani & Orfitiani.* De quibus cum Secunda hujus Tituli Pars concepta sit, binis notamus: Hæc duobus ap. Romanos condita fuisse modis (α) Per *Discessionem* si consentiretur (β) Per *Exquisitionem* sententiarum singulorum Senatorum (qvorum certus, qvamvis non semper idem numerus erat, Stryk. *in Prol. ad J. c. 1. §. 21.* qvique sine Legali impedimento citati emanere non poterant, ceteroqvin mulctandi, Rosin. *in Antiq. Rom. L. 7. c. 1.*) si quidem res dubia esset, hæc; taliter rogata Scta ab eo ut plurimum nomina accepisse, qui sententias rogaverat, Stryk. & Rosin. *fusus d. l. excepto Scto Macedoniano*, de qvo *vid. L. 1. ff. Ad Sct. Macedon. imibig. Brunnem. & Ddres.* Plura qui de Sctis scire aveat, adeat Franc. Conan. *L. 1. c. 14. Gell. in Noct. Attic. c. 7. Dion. Halicarnas. Antiq. Rom. L. 3. & 9. Petr. Gregor. L. 47. Syntagm. jur. c. 25. aliosq;* ab Harprechto §. 5. *J. De J. N. G. & C. n. 5. citatos.* Nos practicè hîc observamus: Senatores Modernos in Civitatibus Municipalibus regulariter nullam Statuendi vel jura condendi potestatem habere, sed necessitate novum jus vel Statutum exigente, consensu Civium opus esse, ut ita ma-

gis ex conventione cum civibus, quam ex *authoritate Senatus* Statutorum validitas dependeat, nisi tamen Senatui Statuendi facultas in aliquo loco *Specialiter* sit indulta. Vid. Dn. Stryk. *in Not. ad §. 5. J. N. G. & C.*

§. 9. Occupatur Tertia Pars Tituli circa *jus Non scriptum* s. *Consuetudinem*, idè ita dictam, quod *tacito* Legislatoris *consensu* introducatur, L. 32. ff. *b. t.* quodq; in scripturam redacta, Jus tamen *Non scriptum* esse non desinat, nisi fortè jussu Principis s. *Authoritate publicâ* eo fine, ut Lex sit, in scripturam redacta fuerit. Zœf. *ad ff. b. t. n. 86.* Stryk. §. 9. J. *De I. N. G. & C.* Brunnem. *ad L. 35. ff. b. t.* & describitur *in genere*, quod sit jus (s. *formaliter & ratione Effectus considerata; materialiter enim & ratione introductionis spectata, quatenus per nova facta & actus privatorum inducitur, ceteroquin recte facti esse dicitur, c. 1. De Consuetud. in 6.* Stryk. *ad §. 9. d. t.* Schwend. *ad Eckholt. b. t. §. 20.*) *tacito* Legislatoris s. illius qui Legem ferre potest (*in Statu Populâri l. Mixto, Populi; qualiter intelligo. §. 9. I. de I. N. G. & C. ex L. 32. ff. De LL. Vid. Stryk. in Us. Mod. ad b. t. §. 11. C. J. A. b. t. n. 33.*) *consensu* introductum. Vid. Eckholt. *b. t. §. 20.*

§. 10. Dividitur *Consuetudo* (De Cujus variis acceptationibus ac appellationibus videbis diligentissimum horum Collectorem Meyerum *in C. J. A. b. t. n. 33.*) *Communiter in Generalem* s. *Universalem* Germ. *Allgemeine durchgehende Gewohnheit* / quæ hodiè *tacito* Imperatoris & Imperii *Consensu* in Imperio Rom. Germanico introducitur *Vid. Stryk. in Us. Mod. b. t. §. 11. in fin.* Cujus exemplum sibi sunt *Consuetudines Feudales* Struv. *S. J. F. c. 1. th. 6.* Schnobel. *Dissi. Feud. 1. th. 3.* & Stryk. *in Exam. J. F. C. 1. qv. 10. seq.* Lauterbach. *b. t. n. 31.* & *Particularem* s. *Localem*, Germ. *Localische Gewohnheit.* O. C. *Part. 1. Tit. 13. §. 57.* quæ in territoriis Statuum vel Civitatis, jus expresso suffragio condere valentis, *tacito* Statuum vel Civitatis *consensu* introducitur. Befold. *ad ff. b. t. §. 29.* Eckholt. & Lauterbach. *eod. §. 31.* Cujus divisionis Effectus in eo consistit, quod, quamvis *Particularis* consuetudo ab allegante omnino probanda sit. L. 1. C. *Quæ sit long. Consuet. L. 23. C. De Probat. L. 3. C. De Edific. privat.* Gail. 2. O. 31. n. 24. Carpz. P. 2. C. 3. D. 22. Mev. P. 1. Dec. 45. n. 3. *Universalis* tamen ceu notoria, probatione non indigeat. Mev. P. 2. Dec. 177. n. 6. & Lauterbach. *b. t. §. 41.* Struv. *S. J. F. C. 1. th. 7.* Schrader. *De Feud. P. 1. Qv. 1. n. n.* Stryk. *Exam. J. F. c. 1. qv. 21.* Ubi in specie de *Consuetudinibus feudalibus* id affirmat. Addunt his alii *Generalissimam*

mam nempe Totius Orbis *c. 5. & 8. Dist. 11. & Particularissimam* f. certæ alicujus Familiae vel Patrisfamilias *L. 12. ff. De Pign. Act. Meyer. C. J. A. b. t. n. 34.*

§. 11. Consvetudinem, ceu per *nova facta*, quæ etiam prudentissimum fallere possunt, *L. 2. ff. De J. & F. J. & non præsumuntur*, introductam, probandam esse cum ex proximè dictis constet, sciendum: Illam omnium optimè probari per *Præjudicia* *L. 34. ff. b. t. inibiq.* Brunnem. Donel. & Hillig. *L. 1. c. 10. Lit. H. Bachov. ad L. 34. ff. b. t. Vel per Testes* ex communi & in *Praxi* receptâ *Ddrum* sententiâ, duos, Mascard *De Probat. V. 1. Concl. 424. n. 13. ibiq. all. Dd.* (Unius, etiam jurati, Carpz. *P. 1. Dec. 3. n. 22. seq. Lauterb. b. t. n. 42. & Doctoris Juris, ceteroquin excellentis, arg. L. 12. ff. & L. 9. §. 1. C. De Testibus* Cothman. *Vol. 1. Conf. 13. n. 37. seq. Schnobel. b. t. §. 23. Hahn. eod. n. 9. verb. Quia Peritis & c. Zœf. b. t. n. 214. Imo & judicis testimonio rectè hîc exulante, Mev. P. 4. Dec. 2. n. 2. Cothman. Resp. 1. V. 3. n. 448. Carpz. P. 2. C. 3. D. 22. n. 2.) eosq; Senes, Gail. *1. O. 31. n. 15. Struv. S. I. C. b. t. th. 21. Klock. Tom. 3. Conf. 101. n. 117. ut ut tutius sit plures producere Coler. De process. Execut. p. 1. C. 3. n. 34. seq. aliiqve velint, frequentius per 10. testes probari, quam probationem per turbam* appellant, cujus rationem dat Hahn. *ad W. b. t. d. l.**

§. 12. Probari autem debet plenè, i. e. secundum omnia requisita libello probatorio, de quo vid. Cöler *d. l. c. 3. n. 34.* specificè inferenda, quæ hæc sũnt: (1.) **Tacitus Legislatoris consensus**, *L. 32. ff. b. t. inibiq.* Brunneman. qui colligitur ex ejus *Scientia & Taciturnitate*, Frantzk. *b. t. n. 127. Lauterb. eod. n. 32. Eckholt. b. §. 21.* (2.) **Rationabilitas**, quâ sine, non consuetudo, sed *Corruptela* potius dicenda est, etiamsi sit immemorialis. *L. 14. & 39. ff. De LL. Nov. 134. c. 1. vers. malè n. ad inventa. c. Cum mala. 3. Dist. 8. c. fin. ubi Glossa. De Consuetud. c. 1. eod. in 6. Harprecht. §. 9. J. De J. N. G. & C. n. 3. seq. Vultej. ibid. n. 4. Dicitur autem rationabilis, Germ. Eine vernünftige Gewohnheit* quæ neq; *juri Divino*. Carpzov. *P. 4. C. 9. D. 6. n. 11. & 12. neqve Naturali*, Zœsius *b. t. n. 14. Lauterb. eod.* (Civili positivo licet obversetur, inde non impeditur ejus effectus. Frantzk. *adh. t. n. 92. Mev. P. 2. D. 378. Rauchb. P. 1. qv. 15. n. 8. Carpz. L. 6. R. 79. n. 18. L. 6. C. 54. n. 7. Jr. P. 3. C. 38. D. 19. n. 5. & omnino. Zœf. b. t. n. 31.) neqve *Bonis Moribus* refragatur. *c. Cum tanto 2. X. De Consuetud. Mev. d. l. Tiragvell. De Jun. leg. temp. caus. 38. n. 2. Carp.**

ZOV.

zov. *L. 5. R. 102. n. 18.* Cui opponitur *Irrationabilis Consuetudo* Germ. *Et ne Unvernünftige Gewohnheit* / qualis est illa, quæ bona naufragorum miseris & satis afflictis, nilque delinquentibus eripit & contra omnia jura territorii Dominis, ad cuius littus expulsa sunt, addicit, vulgò *Das Strand-Recht* rectius forsitan: *Das Strand-Unrecht* / dicta *L. 1. C. De Naufragiis. Auth. Navigia. C. De Furt. C. C. C. art. 218. Vid. Gail. 1. O. 18. Christinæus, L. 11. T. 5. C. Dec. 64. n. 4.* quam meritò Brunnemannus ad *d. auth. Navigia.* barbaram, iniquissimam, irrationalem ac intolerabilem, appellat neminem in Conscientiâ tranquillam reddituram. Covarruv. in *c. Peccatum L. 6. P. 3. §. 1. n. 5.* Nec non illa, quæ demortuorum corpora ob æs alienum arrestari, donec heredes solvant, permittit, contra *L. Ne corpora 38. § 34. ff. De Religios. Nov. 60. c. 1. Nov. 115. c. 5. L. fin. C. § Auth. seq. De Sepulch. viol.* inibique Brunnem. De quibus & similibus, quas cum Carolo V. d. a. 218. C. C. recensent, ac damnant Ddres, Vid. Harprecht. ad *Tit. 3. De J. N. G. & C. §. 9. (3.) Actuum frequentia, L. 1. C. Quæ sit long. Consuet.* inibique Brunnem. Carpzov. *P. 2. C. 3. D. 22. n. 7. Gail. 2. O. 31. n. 7.* Duobus neque *jure Civili*, quò, quod semel, aut bis fit, non dicitur *frequententer* fieri, *L. 5. 6. ff. h. t. L. 15. §. 22. ff. De Injur.* Ludwell. ad *§. 9. J. De J. N. G. & C. §. Disp. 1. th. 14. Lit. E.* Arumæus *Ex 1. th. 20. Lit. A.* Harprecht. *d. l. n. 30.* neque in Praxi, quæ de testantur Carpzov. *P. 2. C. 3. D. 23. Gail. 2. Obs. 31. n. 7.* aliter sufficientibus, quam si contrarium longissimo tempore non fuerit observatum. Lauterb. *b. t. §. 36.* ut tum inde *presumptivè* probetur consuetudo. Brunnem. ad *L. 1. C. Quæ sit. long. Consuet.* nunquam tamen hinc exclusò Judicis arbitriò, quot numero; qui *jure Civili* definitus non est, ad illam introducendam actus requirantur, pro re natâ determinaturi arg. *L. 1. §. 2. ff. De jur. deliber. Mev. P. 4. Dec. 3. n. 7. Mascard. V. 1. De Prob. Concl. 424. n. 15. § 18. Menoch. De A. J. Q. Cent. 1. Cas. 81. n. 4.* totque sufficere judicaturi, ex quo tacitus consensus & scientia Legislatoris elici possit: Stryk. ad *§. 9. J. De J. N. G. & C.* Unde & *Extra judiciales* rectè admitti simul constabit, cum, quoties tacitus alicujus consensus requiritur, ejus quidem scientiâ, non verò *presentiâ* opus sit. *L. 28. C. De Transact. Donell. L. 1. Comm. c. 10. Hyeronim. De Cævallos Comm. Opin. contr. Comm. qu. 358. Mynsinger. Cent. 6. O. 41. n. 15. Gail. 2. O. 31. n. 8. & Lauterb. b. t. n. 40.* qui hanc communem & in Camerâ receptam esse sententiam asserunt. Nec Obstat vexatissima *L. 34. ff. b. t.* Illam enim non de *introducendâ* sed de *introducendâ*

Et consuetudine *facilius* probandâ loqui, docet Brunneman *ad d. l. inibiq;* all. Dd. quibus jungi possunt Stryk. d. l. Harprecht. *cit. loc. n. 35.* Eckholt. *b. t. §. 23.* Frantzk. *b. t. n. 115.* Actus autem hi debent esse (a.) Voluntarii, exclusis erroneis, ex quibus nullus tacitus consensus, in quo tamen tota vis consuetudinis consistit, *L. 32. 35. & seq. h. t. colligi potest.* Frantzk. *b. t. n. 96. seq. ubi ad L. 39. ff. h. t. respondet.* jung. Brunnem. *ad d. l. 39. & Lauterb. b. t. n. 37.* (b.) Continui, unico actu *difformi & non simili*, multò magis *contrario*, totam consuetudinem vel *impediente* vel *interrumpente arg. c. fin. X. De Consuet.* Carpzov. *P. 2. C. 3. D. 22.* Berlich. *P. 1. Dec. 74. n. 5.* Brunnem. *ad L. 34. ff. h. t. n. 4.* Menoch. *L. 4. Presumpt. 31. n. 7.* (c.) Publici, cessante in clandestinis scientiâ Legislatoris Frantzk. *b. t. n. 110.* (4.)

Temporis diuturnitas *t. t. C. Quæ sit long. Consuet. L. 33. ff. h. t. L. 38. eod.* Quod cum nulla Lege definitum sit, inter variantes doctorum hominum opiniones, de quibus vid. Harprecht. *§. 9. De J. N. G. & C. n. 38. seq. & Zœf. h. t. n. 12.* Frantzk. *eod. n. 116.* illam tanquam tutiorem & communiorem eligimus, quæ determinationem iudicis arbitrio committit, in rebus *minoris momenti* non iniquè forsan *decennium*; in *gravioribus* contra negotiis *majus tempus* requirerentis. Menoch. *De A. J. Q. L. 2. Cas. 83. n. 6.* Corasius *L. 32. n. 8. seq. ff. De LL. Duaren. Tit. ff. De LL. c. 11.* Reinkingk. *De R. S. & E. L. 2. Class. 2. c. 9. n. 13.* Non obstante *c. fin. X. De Consuet.* ubi phrasis: *Legitimè præscripta*, idem denotat, quod legitimè introducta. Stryk. *d. l. & in us. Modern. b. t. §. 12.* Hahn. *b. t. n. 9.* Zœf. *b. t. n. 69.* Brunnem. *L. 33. ff. h. t. Donel. L. 1. c. 10. Lit. G.*

§. Fin. Effectum Consuetudinis triplicem statuimus (1.) **Constitutivum**, per *L. 35. ff. h. t.* si præter scriptam Legem novi quid introducat (2.) **Interpretativum**; Optima enim Legum interpres dicitur *L. 37. ff. eod. & (3.) Abrogativum, si Legem ante constitutam abroget. *§. 11. J. de J. N. G. & C. & L. 32. in fin. ff. h. t.* Non obstante *L. 2. C. Quæ sit long. Consuet.* quam de Consuetudine quâ tali, non quâ *Lege postetiore* intelligimus per *L. fin. ff. De Const. Princ.* Brunnem. *ad h. L.* Hahn. *b. t. p. 141.* Stryk. *§. 9. J. De J. N. G. & C.* aliis *d. l. de irrationabili* consuetudine accipientibus. Brunnem. *d. l.**

LIBRI. I. TITULUS IV.
DE
CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM.

S. 1.

INST. L. 1. T. 2. §. 6. Cod. **J**us hoc, quod in Monarchico Reip. Statu *supra Tit. De O. J. S. 5.* natum esse monuimus, originem debet *Legi Regia*, quã à populo in Principes *abdicatoriè* transiisse imperium, cumqve illo nomotheticam potestatem, satis colligere est ex §. 6. *J. De J. N. G. & C. L. 14. §. 1. ff. De 29. 20. 21. 22. Manumiss. L. 3. C. De Testam. L. Unic. §. 15. C. De Caduc. toll. L. 1. pr. ff. b. & 66. L. 1. T. 1. L. 1. §. 7. C. De V. J. E. L. 2. §. 11. ff. De O. J. L. Un. pr. ff. De Off. Praef. 2. X De Con- Pret. Hahn. ad W. b. t. n. 1. Frantzk. eod. n. 3. Schwend. ad Eckholt. b. t. S. sit. & Tit. 3. 2. Ex quò tempore, quod Principi placuit Legis condendã animo, *Constitutio Principis* appellari cœpit. *d. §. 6. J. De J. N. G. & C.**

scrip. L. 5. Tit. 33.

§. 2. Dividitur Constitutio Principis (De cujus utriusq; vocis derivatione, variãqve acceptione *Vid. C. J. A. b. t. n. 1. & Lauterb. eod. n. 2. seq.*) in **Generalem**, quã omnes omninò in Imperio Romano viventes obligat. & ad omnes pertinet. *L. 3. pr. L. 9. C. De LL. §. 6. J. d. t. & Specialem, quã est jus singulare in *certa persona vel cause* gratiam à Superiore constitutum, *Zœl. ad ff. b. t. n. 13. L. 1. §. 2. ff. b. t. L. 16. ff. De Leg. L. 162. ff. De R. J. personam non egrediens. Hopp. ad J. §. 6. D. J. N. G. & C. qv. 25. Stryk. ad J. d. §. 6.**

§. 3. Generales Constitutiones subdividuntur (1.) In **Mandatum**, quando Princeps *proprio motu* intuitu *certarum Personarum* quid mandat. *t. t. C. De Mandat. Princip. Qvalia pro diversitate causarum vel sunt Inhibitoria, Compulsoria, Immissoria, Executiva & similia. Vid. Blum. Process. Camer. Tit. 34. n. 5. Mindan. De Mandat. c. 5. n. 1. (2.) Edictum, quando Princeps *proprio motu* generaliter *citra certarum personarum determinationem* aliquid constituit, & in Subditorum utilitatem edicit. *L. 1. §. 1. b. t. L. 3. C. D. LL. Qvalia sunt Edicta Monetaria, Vestitaria, Münz, Edict, Kleider, Policen, Ordnung & c. hucqve pertinere XIII. Justiniani Edicta, Codici ejusdem Editionis Gothofredianã postfixa, docet Hahn. ad W. b. t. n. 1. p. 146. (3.) Decretum, quando Princeps inter partes litigantes prævia causæ cognitione jus dicit (4.) **Rescriptum**, quando Princeps ad supplicationem vel relationem subditorum, eorumq; vel *Privatorum, q. c. Subscriptio, Sub & Annotatio, L. 1. §. 1. ff. b. t. L. 1. C. De Pre-***

cib.

cib. Imper. offer. vel iudicis & Magistratus, q. c. Epistola dicitur, L. i. §. l. ff. b. t. respondet; Germ. Gnädigste Befehl. Tot enim modis declarat Princeps voluntatem suam pro Lege habendam esse. Vid. Stryk. & Hopp. d. l.

§. 4. Mandata duplicis iterum generis sunt (a) **Cum Clausula** sc. *Justificatoriâ* (ideò ita dictâ, quod Pars per tale Mandatum C. C. non ferè magis gravetur, quam per nudam citationem, cum ceteroquin sine istâ clausula plerumque injussum & nullum foret Mindan. d. c. 6. n. 5. & 6. Blum. d. l. n. 12.) quam regulariter annexam habent, vi cujus Parti, contra quam emanarunt, licet sub poenâ m. aliquid fieri præceptum sit, facultas relinquitur rationes & causas, cur parere necesse non habuit, in præfixo ad id termino judicialiter proponendi v. g. Im Fall ihr aber durch diß unser Keyserlich Geboth beschweret zu seyn/und warum b demselben anbefohlnen maassen nicht zu gehorsahmen wehre / erhebliche beständige Ursache und Einrede zu haben vermeinen sollet/also dann heischen und laden wir Euch von berührter Käyserl. Macht/ auch Gerichts und Rechts wegen hiemit auff den 60. Tag dem nechsten nach geschעהer Insinuation dieses &c. selbstn oder durch einen Vollmächtigen Anwalt an demselben für unsern Käyserl. Kammergericht solche Eure Ursachen und Einrede in Rechten gebürlich vorzubringen und alsdann förderlichsten Entscheides darüber zugewarten. Vid. Blum. d. l. §. 17. Confer. omninò Lauterb. h. t. n. 18. Ubi 8. recenset causas, in quibus hæc mandata regulariter decernuntur (2.) **Sine Clausula**, quibus talis clausula annexa non est, sed simpliciter paritio injungitur, antequam in precum veritatem inquiratur; Cujus formulam exhibet Blum. *supr. cit. loc. n. 17.* Ubi simul n. 19. d. Tit. 34. monet Clausulam Citationis, Mandata S. C. regulariter annecti solitam per §. pen. T. 25. P. 2. O. C. e. g. **Oder aber beständige erhebliche Ursachen/ ob Ihr ein nige hättet / warum solche Erklärung nicht geschehen soll/ fürzubringen/ non confundendam esse cum clausulâ superiori, Mandatis C. C. adjecti solitâ, nec exinde inferendum, quasi & Mandata S. C. à Mandatis C. C. non differant. Cum hæc clausula justificatoria sit de causis contra ipsum Mandatum allegandis, quare huic parere non teneatur; illa verò de causis non contra ipsum Mandatum, sed contra declarationem poenæ, in casu non præstitæ paritionis allegandis, quare declaratio fieri non debeat, forsân quod mandatum sub & obreptitiè impetratum sit; Mindan. De Mandat.**

c. 10. n. 5. Brunnem. ad L. 7. C. De Divers. Rescript. Hanc enim admittere exceptionem Mandata etiam S. C. docet Blum. d. l. n. 191. & Lauterb. b. n.

§. 5. Cum verò ab executione inchoandum non sit, L. 1. §. 3. C. De Exec. rei. jud. L. Un. C. De Prohib. pec. sequestr. Gail. 1. O. 1. n. 24. Carpz. L. 4. R. 19. n. 15. Jt. L. 2. R. 46. n. 24. Menoch. De Remed. Recuper. pos. 8. n. 24. & Pars adversa facillè per Mandata S. C. præjudicium aliquod sentire possit, per LL. Imperii restricta est hæc mandandi licentia ad quatuor casus, *Auff die Vier Gefälle*. C. O. P. 2. Tit. 23. (1.) Si factum omnino jure prohibitum (2.) Si damnum irreparabile imploranti sit illaturum. (3.) Si sit contra Remp. & ad publicam perniciem tendat. (4.) Si periculum sit in mora; quam res non patitur. Gail. 1. O. 13. n. 3. Schwaneman. Proc. Cam. L. 2. c. 15. Stryk. in Us. Mod. ad h. t. §. 7. Lauterb. eod. §. 19. & Blumm. d. l. n. 70. seq. Adeò ut regulariter extra hos casus (vid. enim Blumm. d. l. n. 74. seq.) Mandata S. C. ipso jure nulla sint, Blum. d. l. n. 22. & 70. neq; illis non parens poenæ reus regulariter (vid. enim Gail. 1. O. 13. n. 2. & Blum. d. l. n. 22.) constituatur, Mindan. d. Tr. c. 11. n. 1.

§. 6. De Rescriptis (1.) Notamus: Illa De jure Civili non aliter valere, quam si hæc Clausula: *Si preces veritate nitantur*, Wann es sich berichteter maassen verhält/ expresse illis inserta fuerit; L. fin. C. De Divers. Rescript. inibiq; Brunnem. Quæ tamen jure Canonico per c. 2. X. De Rescript. Stryk. in Dissert. 23. De Diff. J. Civ. & Can. V. 2. Decad. 12. n. 8. quod Praxis Germaniæ hîc sequitur, Stryk. in Us. Mod. ad h. t. §. 7. Eckholt. h. t. §. 4. Myler. De Princip. & Stat. Imp. c. 40. §. 8. Reinking. De R. S. & E. Class. 2. c. 8. n. 3. subintelligitur. Conf. Brunnem ad d. L. fin. Trentacing. L. 1. Tit. De Rescript. Resol. 7. n. 2. Gail. 1. O. 14. n. 1. & Christin. V. 1. Dec. 76. n. 1. & Dec. 79. n. fin. Unde secundo amne fluit: *Sub & Obreptionis* exceptionem, *Daß das Rescriptum sub & obreptitiè erschlichen/ propitio* illis jure opponi posse; L. fin. C. De Divers. Rescript. Quæ Exceptio sicuti fundatur in d. L. fin. L. 1. C. Si Nupt. ex Rescript. per. L. 10. §. 2. ff. De injus voc. L. 29. §. 2. Mand. L. 29. ff. De Fals. Ita ex d. L. 1. C. Si Nupt. ex Rescript. per. satis claret, differentiam hanc, quam Ddres communiter inter Subreptionem, quæ verum celari aut confusè & perplexè narrari, & Obreptionem, quæ falsum fingi & exponi asserunt, Vid. Menoch. De A. J. Q. Cas. 201. n. 9. Blum. Process. Cam. T. 34. n. 192. juri justiniano & in specie d. L. 1. refragari. Vid. Mindan. De Process. c. 15. n. 6. Menoch. d. l. n. 10. Blum, n. 193. & Brunnem. ad d. L. 1.

§. 7. Ob-

§. 7. Ad hanc Sub & Obreptionem eò facilius evitandam notamus, (2.) cum Strykio *in Us. Modern. ad h. t. §. fin.* cautum fuisse in *Nov. 114. c. 1.* & inde desumptà *Auth. Gloriosissimi. C. De Divers. Rescript.* Non valere Rescripta nisi simul à Quæstore, qui hodie Cancellarius audit, Brunnem. *ad d. Aut bent.* subscripta fuerint : *Moribus hodiernis* Rescripta & Privilegia Imperatoria præter Nomen imperatoris paulò inferius exhibent nomen Vice Cancellarii Imperii, subjecto & in fine paginæ nomine Secretarii. Conf. Stryk. *d. 1.* quanquam Brunnemannus *d. l.* putet, solius Principis subscriptionem sufficere; quod de Aula Electorali Brandenburgicâ asserit quidem etiam Dn. Strykius : In aliis tamen Principum Aulis, id non simpliciter procedere docet Aula Electoralis Saxonica.

§. 8. Decreta Imperatoria Legis habuisse vim, nemo forsan ambiget, id edoctus ex *L. fin. pr. C. De LL. L. 3. C. eod. § L. 1. §. 1. ff. b. t.* Num idem hodie in Sententiis *Camera Imperialis* obtineat, disquirunt Ddres? Nos paucis distinguimus, inter Sententias Camerales *Ordinem Processus* spectantes, & has omninò Legis vim habere ex Imperatoris ac Statuum Imperii consensu per §. 94. *Es wird den Kammer-Richtern &c. & §. 1. 6. So viel aber R. J. Novissimi. De Anno 1654. arbitramur; Et Cause Decisionem* concernentes, quas non aliter vim Legis habere remur, quam si juri Communi semel recepto respondeant. Stryk. *in Us. Modern. h. t. §. 2. & 3.* Ubi idem de Sententiis in Tribunalibus Principum Imperii latis affirmat. §. 4.

§. 9. Speciales Principum Constitutiones alio nomine appellantur Privilegia, vel quod *privent* legem generalem suo effectu in casu privilegiato, vel quod veteres *priva* dixerint, quæ nos *singula* appellamus, Gell. *Noct. Attic. L. 10. c. 20.* Hahn. *h. t. n. 2.* quia ad certam causam l. personam *ratione commodi* (ratione enim *obligationis & vinculi* omnes respiciunt, ne privilegiatum in usu privilegii impediant. Stryk. §. 6. *J. De J. N. G. & C. Hopp. ibid. qv. 15.*) restringuntur. Schwend. *ad Eckb. h. t. §. 6.* unde & *Leges privatorum* dicuntur. *c. 3. Dist. 3.* Concedunt verò privilegium, qui condere legem possunt; §. 6. *J. De J. N. G. & C. Carpz. De L. Regiâ c. 12. n. 8.* Cum ejus sit aliquem concessione privilegii nexui Legis eximere, cujus est vinculo Legis adstringere: Lauterb. *h. t. §. 39.* Quod olim solius Imperatoris fuisse constat ex *L. fin. C. De, LL.* Hodie res ita se habet: Aut privilegiorum concessio *repugnat LLbus Publicis* vel *derogat juribus Statuum territorialibus*, & non valet sine consensu ad minimum

Electorum. *Capitul. Ferdinandi III. §. 40. & Leopoldi. §. 3.* Wir wollen niemand &c. jung. *Capitul. Josephi §. 3. & §. 20.* Aut hisce non refragatur, & salva est hodiè etiam Imperatori Privilegiorum concessio *Capit. Leopold. §. 44. ibi: Freyheiten und Privilegium &c. jnung. Capitul. Josephi. §. 43.* De reliquis Imperii Statibus, quin vi Superioritatis territorialis, ceu æmulæ Majestatis, concedere privilegia possint, intra territoria sua ad minimum valitura, eò minus ambigere licet, quò ex communi Ddrum Regula certius claret: *Quemlibet Statum Imperii tantum valere in suo territorio, quantum Imperator in Imperio. §. Gaudeant. 2. art. 7. Inst. Pac. Os. Eckholt. §. 8. Ad Tit. De LL. Enenkel. Tract. De Privileg. L. 1. c. 4. n. 22. Knipschild. De Civ. Imper. L. 2. c. 5. n. 218. Mev. ad J. Lub. qv. prel. 1. n. 39. Lauterb. h. t. §. 40. ubi §. 43. addit.* Experientia teste talia privilegia non quidem ex potestate concedentis, arg. *L. fin. ff. De Jurisdic.* benè tamen ex *Generali consuetudine & receptione* ultra concedentis territorium valere, ut e. g. in Imperio ab illo, qui nobilitandi jus habet, Nobilitate donatus, etiam in Daniâ pro Nobili habeatur.

§. 10. Dividuntur Privilegia à Ddbus variè (1.) In Realia quæ primariò intuitu Rei vel Cause concessa sunt, quorum exemplum est in Immunitatibus prædiorum, *L. 4. ff. De jure Immunit. & privilegio prælationis impensarum funebrium causa impendenti tributo in L. pen. ff. De Relig. & sumpt. fun. & Personalia, quæ primariò intuitu Personæ concessa sunt; Exemplum est in privilegio competentiae. L. 12. & 18. ff. sol. matrim.* Effectus hujus Divisionis in eo consistit, quod Realia rei ac Cause coherant, sicque cum vitâ privilegiati non extinguuntur, sed priori casu ad omnes rei possessores; posteriori verò, ad privilegiati heredes transeant. *L. 68. L. 196. ff. De R. J. L. 1. §. 43. ff. De Aqu. quor. & estivo. Struv. S. J. C. h. t. th. 29. Lauterb. §. 35. Stryk. §. 6. J. De J. N. G. & C. Personalia verò, ceu Personæ immediatè coherentia, cum personâ mortuâ commorian- tur, *L. 14. & 16. ff. De LL. Leg. 89. & 69. ff. De R. J. commodò licet horum privilegiorum ex speciali juris dispositione etiam ad alios extendi. L. 6. C. De Profess. & ad heredes transmissi. L. 6. ff. De Rest. in integr. L. 20. C. Ad Sctum Vellej.* Hæc subdividuntur In Singulariter Personalia, quæ certo individuo concessa, & cum illo etiam expirant: & Communiter Personalia, quæ vel toti Ordini v. g. Privilegium Scti Vellejani & Militare, vel Universitati & Collegio concessa, non cum persona extinguuntur, sed reliquis ejusdem Ordinis æque competunt, vel ad Successores ejusdem Universitatis*

verſitatis transmittuntur. Struv. *S. J. C. b. t. §. 29.* Schwend. *ad Eckholt. eod. §. 7.* Quale autem in dubio præſumatur, doctè demonſtrant Lauterbach. *b. t. th. 36.* & Frantzk. *eod. n. 39. ſeq.* Zœf. *eod. n. 18. (2.)* In Gratioſa, ex merâ Concedentis gratiâ profecta, & Conventionalia, propter prævia benemerita vel ex titulo quodam oneroſo conceſſa: Priora Poenitentia concedentis exſtinguuntur; *L. 100. §. 102. §. 1. L. 153. ff. De R. J. Carpz. P. 1. Dec. 87. n. 16. Gail. 2. O. 60. n. 15.* Non æque poſteriora. Hahn. *b. t. circa fin. Lauterb. b. t. §. 50. Schnobel. Diſp. 1. ff. §. 26. Enenkel. De Privileg. L. 3. c. 8. §. 9. (3.)* In Abſoluta, quæ non factâ ad aliud privilegium relatione, ſed ſimpliciter conceduntur; & Ad inſtar ſ. Relativa, quæ ad exemplum alterius privilegii dantur; qualiter hæc noſtra Academia ad inſtar Lipſienſis privilegiatâ eſt. Cujus effectus in eo eſt, quod relativum ex abſoluto interpretationem accipiat, & ad auctò novis conceſſionibus privilegio abſolutò, ante conceſſionem privilegii ad inſtar, hoc quoque auctum eſſe videatur; Secus ſi poſt ejus conceſſionem augmentum acceſſerit. Hahn. *b. t. n. 2.* ubi alias videſis adhuc Diviſiones.

§. 11. Quod interpretationem privilegiorum attinet, ratione concedentis quidem ſunt latiffima interpretationis *L. 3. ff. b. t. L. 57. ff. De Rejud. L. 38. ff. Ex quibus cauſ. Major. Enenkel. d. Tr. L. 2. c. 4. n. 4. Brunnem ad d. L. b. t. ubi n. 3.* ſubjicit exemplum *L. Uln. C. Si liberat. Imper. ſocius, ratione tertii verò Strictiffima. L. 2. §. 10. §. 16. ff. Nequid in loc. publ. Carpz. P. 2. p. 113. n. 13. §. in Jprud. Eccl. L. 1. Def. 218. Brunnem. d. l. n. 8.*

§. 12. Exſtinguuntur Privilegia (1.) Poenitentia, *Vid. §. 10.* (2.) Renunciatione *L. pen. C. De Paët. eâque vel Exprefſâ e. g. per actum voluntarium, directò privilegio contrarium, Lauterbach. b. t. §. 51. vel Tacitâ, per voluntarium non uſum, ſecundum communem ſententiam decenni. L. 1. ff. De Nundinis. Gail. 2. O. 60. n. 1. Enenkel. d. Tr. L. 3. c. 15.* Modò non defuerit utendi occaſio. *Carpz. P. 2. C. 3. th. 23. Lauterb. d. l. §. 52. ubi alias vide limitationes. (3.) Extinctâ perſonarum l. rerum qualitate, propter quam indulta. L. 6. §. 14. L. 8. §. 1. ff. De Excusar. Lauterb. d. l. §. 55. Ubi ſubjicit exemplum (4.) Tempore privilegio juncdò, finitò, *L. 27. §. 1. ff. De Paët. Carpzov. P. 2. C. 30. D. 23. n. 6. (5.)* Sublatò illorum ſubjectò. *L. 68. §. 196. ff. De R. J. vid. §. 10. Lauterb. b. t. §. 56. Enenkel. d. l. Lib. 3. c. 13.* Non etiam morte concedentis. *arg. c. fin. X. De Precar. q. c.* tamen Succęſſoris confirmatio admodum utilis eſt. *Vid. Lauterb. in fin. b. t. cum inibiq. all. Dde ubi & Limitationem hujus ſententiæ ſubjicit.**

LIBRI.

LIBRI. I. TIT. V.
DE
STATU HOMINUM.

§. 1.

INST. L. 1. **C**um parum sit jus nosse, si personæ, quarum causâ constitutum
Tit. 3. 4. §. 5. est, ignorentur, L. 2. ff. h. t. §. Ult. J. De J. N. G. & C. Imperator
Cod. L. 1. à absolutâ 4. præcedancis Tit. *Communi s. Generali Parte Pandecta-*
Tit. 1. ad Tit. rum, *Specialem*, occupatam circa **Personas, Res, & Actiones**,
15. L. 5. Tit. jam ordinatur à *Personis*, quibus *de rebus*, per *actiones*, jus suum tribui-
27. L. 8. Tit. tur, illarumqve *Statum* considerat. h. t. quinto.

17. NOV. 89. §. 2. Denotat autem vox *Status* inter varias significationes (de
DIST. 54. per. quibus consuli possunt Lauterbach. h. t. §. 2. Schwend. ac Eckholt. h. t. §.
101. Et c. 12. 1. & Hahn. ac W. eod. n. 1. verb. *Status hominis*) hęc Titulõ, conditionem
90. 2. can. 61. personarum civilem, ob quam quis diverso jure communi utitur cum alio.
L. 4. Tit. 17. Vid. Dn. Rhet. in *Medit. Acad. Disp. 4. posit. 2.* Sutholt. *Diff. 3.* §. 1. Stryk.
EXTRA. pr. J. De. Jur. *Person.* quod conspicuum redditur in tribus hujus conditio-
nis capitibus, *Libertate* puta, *Civitate & Familia*, cum alio jure utantur
liberi & Servi, Cives & Peregrini, Qui sui, & Qui alieni juris sunt.

§. 3. Personæ extra hunc Statum civilem, in Statu naturali
spectatæ **Dividuntur** (1.) in **Mares & Fœminas.** L. 9. ff. De S. H.
Cujus divisionis effectus in eo consistit, quod in *illis juris articulis*, in *qui-*
bus de prærogativâ ac Sexus præminentia agitur, melior Masculorum in
jure, quam Fœminarum sit conditio. Sic filibus exclusis, soli filii feudalis
successionis *regulariter* sunt capaces. 2. F. 36. (2.) Mulieribus ab omnibus
officiis & Muneribus remotis, soli masculi iisdem defungi possunt. L. 2. ff.
De R. J. L. 8. ff. De Senator. (3.) Ad fideicommissa Familie conservandæ
causâ relicta fœminæ non admittuntur, nec Testes in Testamento esse pos-
sunt solenni. Vid. Brunnem. ad L. 9. ff. h. t. *In illis contra juris articulis, in*
quibus commiseratione opus est, favorabiliores sint Fœminarum, quam
Masculorum partes. Brunnem. d. l. Exempla sunt in ignorantia juris huic
sexui *regulariter* permittâ. (2.) In fidejussionis articulo t. t. ff. & C. De SCe.
Vellej. (3.) In poenis L. 7. §. 7. ff. De Jur. Fisc. L. 15. §. 4. Ad L. Cornel. De Fals.
L. 5. §. 3. C. Ad L. Jul. Maj. Nov. 134. c. 9. Vid. Dec. ad L. 2. ff. De R. J.
Pruckmann. in Tr. De Diff. *Utriusq; Sex.* P. 1. Carpzov. in Tr. De Jur.
Fœm. *passim* & Lauterbach. h. t. §. 23. juncto Struvio. h. t. th. 2. In reliquis
autem,

autem, ubi nil singulare constitutum, par utriusq; sexus sit conditio. L. 4. C. De Lib. præter. Carpz. d. Tr. Sed quid de Hermaphroditis? Scilicet hi Sexui in illis prævalenti annumerandi & illius regulis censendi sunt. L. 10. ff. b. t. & ita masculino sexu prævalente, ad feuda admittendi. Ludwell. Tr. Feud. p. 159. Stryk. Exam. Jur. Feud. C. 15. q. 21. aliud exemplum est in L. 15. §. 1. ff. De Testam; Prævalente verò fœminino, à successione arcendi. Neutro prævalente, Masculino accensendi sunt sexui, ceu validiori, pro quo semper præsumitur, Rhet. d. l. posit. 3. In Matrimonialibus Medicorum adhibendum potius esse iudicium, quam facultatem sexum aliquem h. c. eligendi hermaphrodito concedendam esse statuimus cum Dn. Strykio. Tr. De Jur. Sensuum Disp. 1. c. 1. n. 62. Carpz. J. Eccl. L. 2. T. 1. D. 16. Lauterb. h. t. §. 24. (2.) In Natos & Nascituros; Cujus effectus (a.) in eo consistit, quod, sicuti ex iusto matrimonio nati quoad Statum & Dignitatem Patris & non Matris sequuntur conditionem, L. 19. ff. b. t. (extra matrimonium enim concepti Matrem sequuntur sc. quoad Statum libertatis, non Dignitatis. L. 23. §. L. 24. ff. b. t. Stryk. Ad pr. J. De Ingeniis Unde ex Principis à extra matrimonium natus plebejus est) Ita, quoties de illius, qui in utero est, commodo quæritur, hic pro jam nato habeatur. L. 7. §. pen. ff. b. t. exemplum est in L. 3. ff. Si pars hered. pet. junct. L. 28. in fin. ff. De iudic. §. L. 36. ff. De Solut. Plures ex h. L. 7. decisos Casus exhibent à Brunnem. ad h. L. 7. Citati Ddres. Modò nascatur Vivus. L. 30. §. 1. ff. De A. vel O. H. L. 29. ff. De N. G. L. 19. §. 2. ff. De Test: tut. L. 129. ff. De V. S. Stryk. In Tr. De Success. ab Intest. C. 2. a. 1. §. 10. (2.) Non Monstrosus. L. 14. ff. b. t. §. L. 3. C. De Posth. hered. Carpzov. P. 3. C. 17. D. 17. Brunnem. ad d. L. 14. excessu aut defectu naturæ hic non attendendò L. 10. §. 2. ff. De Edil. Edict. Modò non nascatur capite belluinò (qualis nec hodiè successione commoda transfert juxta d. L. 3. Stryk. in Usu Mod. ad b. t. §. 15. Sicuti nec olim Matri proderat ipsi successuræ. d. l. 14. ff. b. t. licet ab orbitatis pœnâ, de quâ, t. t. C. De Inf. Pœn. Orbit, eandem liberaret, L. 135. ff. De V. S. Lauterb. h. t. §. 25. Schwend. ad Eckholt. eod. §. 3. Hahn. eod. n. 3. Stryk. De Success. ab Intest. d. l. §. 13.) ex L. XII. tab. statim occidendus. Brunnem. ad L. 14. ff. b. t. Stryk. in Us. Modern. h. t. §. 15. & secundum Deciani in Prax. Crimin. L. 9. c. 15. n. 31. Menochii. De A. J. Q. L. 2. Cas. 356. n. 82. aliorumque sententiam, adhuc hodiè suffocandus; quod tamen non immeritò improbat Brunnem. ad L. 14. ff. b. t. secutus Baldum inibi allegatum & Stryk. in Us. Mod. d. §. 15. Ubi rectè monet: Occidentem monstrum non secundum Anton. Marnacii Opinionem ad d. L. 14. ut homicidam puniendum

endum esse, cum aliorum opinionem secutus sit, quæ ipsum à dolo absolvit. (3.) Justo tempore, i. e. neque Justo breviori, L. 12. ff. h. t. L. 3. §. fin. ff. De suis & legit. Carpz. P. 4. C. 27. D. 13. n. 4. (Vid. hinc omnino Dn. Stryk. in Usu. Modern. §. 16. Ubi etiam partum ante Septimum mensem Legitimum hodiè nasci probat ex testimonio Neotericorum Medicorum, non tamen h. c. Parentes à præsumptione anticipati concubitus absolvit, arg. L. 3. & seq. ff. De LL. rectè juramentum purgationis præstituros, quod tamen locum regulariter in Partu septimestri non invenit. Carpzov. P. 4. C. 37. D. 227.) neque Justo longiori. L. 3. §. 11. ff. De Suis & legit. L. 29. ff. De Lib. & Posth. Nov. 39. c. 2. Stryk. De Success. ab Intest. C. 2. a. 1. §. 12. Carpz. P. 4. C. 27. D. 15. & L. 5. R. III. n. 11. Richter. Dec. 89. n. fin. Quid jure Novo obtineat, docebit L. 11. C. De Liber. Natural. & Nov. 89. c. 9. Vid. Lauterb. h. t. §. 14. (B) Quod Calamitas matris sc. adventitia non debeat nocere ei, qui in utero est pr. J. De Ingenuis L. 5. §. 2. ff. h. t. Unde (1.) Supplicium prægnantis matris differendum, donec enixa fuerit; L. 18. ff. h. t. inibi que Brunnem. L. 3. ff. De Pæn. etiam si novissimè conceperit Carpz. Pr. Crim. qu. 118. ex illegitimo licet coitu Carpz. d. l. n. 54. Lauterbach. h. t. §. fin. (2.) Nec torquenda. Farinac. qu. 41. n. 78. Brunnem. ad L. 18. ff. h. t. (3.) Nec terrenda Carpz. d. g. n. 62. (4.) Nec fustiganda. Richter. Dec. 7. (5.) Nec manus ipsi amputanda aut releganda, si (a) partui vicina & (B) in dissita prægnans loca releganda sit Brunnem. d. l. Hahn. h. t. p. 162. Lauterbach. d. l. Ubi addit. IV. ultimis casibus parcendum etiam prægnanti esse post partum, usque ad 40. diem, & ita adhuc moderandam poenam, ne infanti lac subtrahatur. Richter. P. 1. Dec. 7. Malè tamen gravidæ præstatio juramenti remittitur. Mev. P. 5. D. 81. Brunnem. d. l.

§. 4. Dividuntur Personæ in Statu Civili ratione Libertatis, in Servos & Liberos, pr. J. h. t. & L. 3. ff. eod. Hi vel nativam habent libertatem, & dicuntur Ingenui; pr. J. De Ingen. L. 5. §. 2. & 3. ff. h. t. vel dativam, & dicuntur Libertini, L. 6. ff. h. t. t. t. J. De Libertin. Quos inter tamen & Ingenuos, salvo saltem Patronatus jure, amplius in effectu nil interest. Nov. 78. C. 1. & 2. Stryk. §. 3. J. De Libertin. Servi vel nascuntur sc. ex ancillis §. 4. J. h. t. vel fiunt, & quidem jure Gentium, captivitate justâ, §. 8. J. h. t. excepto bello civili. L. 21. §. 1. ff. De Captiv. & postlim. revers. inibi que Brunnem. jure Civili, vel liberi hominis venundatione ad pretium participandum factâ L. 6. §. 5. ff. De injust. rupt. & irrit. §. 4. J. De Jur. Pers. vel servitute poenæ L. 8. §. 4. ff. De Pænis. Hodiè sublatâ per Nov. 22. c. 8.

Mori-

§. 5. **Moribus hodiernis in Imperio Romano Germanico,** cum bella nostra inter Christianos, tanquam unius capitis membra, plus quam civilia existant, Brunnem. *ad L. 21. ff. De Captiv. & postlim. revers.* Stryk. *ad S. 3. J. b. 1. quibus & jure Romano capti servi haud fiebant per proximè dicta*, ex captivitate nemo Christianorum amplius servus fit, sed captivi vel dato lytro, vel factâ permutatione dimittuntur. R. J. *Spirensis. de Ao. 1570. Tit. 95. Die Gefangene werden ranzioniret, oder jegen einander außgewechselt.* Rhet. *in Med. Acad. Diss. 4. pos. 13.* Arumæus *De Rep. L. 1. c. 3. n. 11.* Stryk. *d. l. & in Us. Modern. ad h. r. §. 2.* Exceptis bellis cum Infidelibus gestis, ubi quidem hi à nobis capti *jure retorsionis* durius habentur & Servi fiunt, R. J. *de Ao. 1542. §.* Und wie wohl. Alber. Gentil. *De jur. belli L. 3. c. 9.* Husan. *De Hom. propr. c. 1. n. Ull.* Stamm. *De Servit. Person. L. 1. c. 4.* Dn. Stryk. *d. l. §. 3.* nec baptismate tincti ab hoc nexu liberantur, Stryk. *d. l.* cum servos habere Legi Divinæ haud adversetur. *1. Cor. 8. vers. 21.* Christianos verò ab his captos etiam apud nos pro servis haberi rectè negat Didac. Covarruv. *P. 2. Relect. ad c. peccatum De R. J. in 6. §. 11. n. 6.* Schilter. *in Prax. jur. Rom. Ex. 3. Ad ff. th. 2. Dn. Rhet. d. l. pos. 13.* & Stryk. *d. l. §. 4.* Ubi in Christianis captivis abductis cessare & fictionem Legis Corneliæ & juris Postliminii, inque captivitate condita ab illis testamenta valere, rectè docet: jung. Rhet. *d. l.* Ut hinc doctrina de Servis directò hodiè non usq; adeo magnam asserat utilitatem; Ejus tamen *argumento* scèpe utimur in affinis materiis, præprimis **Hominum Propriorum Der Leibeigenen und Unterthanen/** ad quos licet argumentum à Servis Romanis *simpliciter* non procedat, certâ tamen utique ratione in Praxi admittitur.

§. 6. **Paucis: Homines Proprii** (quorum quidem in omnibus Germaniæ Provinciis non eadem est conditio) **Ratione Status** sunt liberi: Hinc (1.) contrahunt matrimonium *t. t. X. De Conjug. Servor.* ne à Dominis quidem ipsis impediendum, (nisi homo propria Maritum & hic sequens *Mev. p. 2. Dec. 231.* eo ipso à nexu prædii & servitorum se liberare intendat. Stryk. *in Us. Mod. h. r. §. 6.*) etiam ad effectum Patriæ Potestatis in liberos, Stamm. *De Servit. Person. L. 3. c. 17. n. 3.* qui, ceu justo hodiè matrimonio editi, non Matris, utut hæc libera sit, sed Patris sequuntur conditionem. *Mev. P. 2. Dec. 232. & P. 4. D. 22. (2.)* Contrahunt liberè, exceptis rebus ad prædium **Zum Hoff / und Hoff-Gewehr /** pertinentibus, cum ipso etiam Domino. Stamm. *d. l. L. 3. c. 17. n. 5.* Cothman. *V. 1. B. 42. n. 94.* Stryk. *d. l. §. 7. (3.)* Operis suis, si nil decedat servitiis Domi-

no debitis, sibi acquirunt. *Mev. P. 2. Dec. 89. n. 6. (4.)* Bona sua alienant *Mev. Tr. Vom Zustand der Bauren. c. 1. n. 34. & tam (5.)* pro Domino, quam aliis validè fidejudent. *Hering. De Fidejussorib. c. 7. n. 317. (6.)* Condunt Testamentum de bonis ad prædium non pertinentibus, etiam quoad extraneum heredem valiturum *Mev. d. l. n. 34. Stamm. c. 17. n. 5. Stryk. d. l. §. 8.* In Testamento tamen hominis non proprii testes esse non possunt. *Hopp. Ex. Inst. De Test. Ord. qu. 26. per R. J. De Anno 1513. Tit. Von Testamenten. §. die Form eines Testamentes.* Ceteroquin (7.) & contra Dominum personam standi in judicio habent. *Mev. P. 4. Dec. 133. n. 2.* Ratione vero prædii & servitorum præstandorum Adscriptitiis rectè accensentur. *Mev. P. 3. Dec. 8. n. 1. Stryk. d. l. §. 9.* Unde sunt Portio fundi, *Mev. P. 1. Dec. 96. n. 1. & P. 8. D. 224. n. 1.* quo alienatò & ipsi censentur alienati; *Mev. P. 3. Dec. 8. n. 2. & Vom Zustand der Bauren c. 1. n. 91.* Nec inde discedere illis licet sine consensu Domini, processu summario ipso invito discedentes vindicantis. *Mev. P. 3. Dec. 9. n. 2. & P. 5. Dec. 228. Stryk. ad J. b. t. & in Us. Mod. d. §. 9. Rhet. d. l. pos. 15. Lauterb. h. t. §. 13. Vid. Constitutio Megapolitana De Ao. 1646. Tit. 2. §. 1.*

§. 7. Famulos quod attinet nostros, liberi illi homines sunt, non ultra Dominis obligati, quam locatio operarum se extendit, qui proinde nec jus castigandi illos ex *L. Un. C. De Emend. serv.* (nisi simul educatio & in certo artificio informatio Dominis commissa sit *arg. L. 5. §. fin. ff. Ad. L. Aquil.*) habent, præprimis verberibus. *Stamm. L. 2. c. 4. n. 10.* Nec injuriis certumq; delictum imputantibus verbis famam illorum proscindere possunt. *Mev. ad jus Lub. P. 3. T. 8. a. 10. n. 16. Stryk. in Us. Mod. h. t. §. 12. & ad Tit. seq. §. 2.* Competente h. c. injuriato famulo vel Ancillæ injuriarum actione *Mev. d. l. & Rhet. Med. Acad. Disp. 4. Pos. ult.* Possunt tamen Dominii intra tempus locationis aufugientes actione locati conducti repetere, & sine justâ causâ discedentibus mercedem præteriti etiam temporis jure denegare. *Carpz. P. 2. C. 51. D. 13.* Finito tamen locationis tempore, & præviâ legitimâ renunciatione, invitos detinere nequeunt. *Mev. P. 4. Dec. 358.* Dominò mortuò, heredes saltem ad mercedem pro ratâ temporis obligantur. *Carpzov. P. 2. C. 51. D. 12.* quod tamen ultra vivus præstitit Dominus, ejus cessat repetitio: *Id. Ibid.* Sicuti contra mortui famuli heredes saltem pro ratâ temporis salarium petunt. *Carpz. d. Def. 12.* Dominus de damno & delictis ipsorum non tenetur, nisi circa officium deliquerint, vel Domino vidente & impedire valente, non tamen contradicente. *Gail. 2. O. 21. n. 6.* Neq; obligatur famulo Dominus ratione damni etiam in famulatio accepti, benè verò ratione rerum amissarum, *Carpzov. P. 2. C. 51. Def. 14. Le.*

Legibus invigilas HILTBRANDI, magna Parentis
Spes & Majorum, nomina qvanta! decus.
Legibus & vivis, nam turpia qvæqve recusas,
Quod decet ingenuos, solaqve honesta petis.
Inde nisi omnia me fallunt, â Legibus olim
Gnaviter excultis, commoda mille leges.

*Ita ingenuo, & ad præclaram qvævis, fervido conatu
contendenti Juveni, Optimi Parentis laud
degeneri filio,
ex animo applaudit*

M. GOTHOFREDUS *Weiß*

P. P. & ad D. Nicolai Ecclesiastes,
h. t. Academiæ Rector.

Politissimo

DN. RESP. HILTEBRANDO,
FELICITER!

Jura Tibi curæ sunt: hinc aliquando † *tribunal*.
Hic alibive *dabis*, seu apud illud ages,
Et causas *curabis* * *hians* ad commoda *justi*,
Hunc relevaturus, justitiæqve decus.
Cujus, AMICE, rei documentum gnaviter edis,
Quod Tibi conducat lætificetqve PATREM:
Ut Te juridicum vigeat *jus dante tribunal*,
Ceui hodieqve Tuâ voce cathedra sonat!

† *Hiltebrandus*: Anagr. asp. exspir. *Des tribunal*.
vel si asp. H. includi volueris:

J. C. *Hiltebrandus*: Anagr. *Des hic tribunal*.

* *Joachimus Christianus Hiltebrandus*:

Anagr. uno tantum H neglecto.

Mi cures hic justos ad tribunal hians.

LM

A. D. HABICHHORST, D.

FCtis TH. h. h. Decanus.

F s

Dum

Nob. Dn. RESP.

DUm Pandectarum celebri sub PRÆSIDE jura
Et Legum vastum ritè tueris opus,
HILDBRANDE, à chari spes optima maxima PATRIS,
Haftenus & nostræ portio chara scholæ,
Et cultor simul & patronus juris & æqvi
Olim præcipuo nomine clarus eris,

fec. grat.

JO. FECHT. D. P.

Conf. & Sup.

Sic HILTEBRANDE doees quæ sit præstantia LEGUM,
Quæ RESCRIPTORUM: Præmia digna feres.

*Nobilissimo Domino Respondenti, amico suo honoratissimo,
sic gratulari, & quavis felicitate apprecari voluit*

C. REDEKER, D. Cod. Prof.
& Consistorii Ducalis Adfessor.

Non melius quisquam poterit se reddere gratum,
Et Patriæ, & Magnis, Principibusquè Viris,

Quam si pervolvat sinuosa Volumina Legum,
Ac ea versetur, nocte diequè manu;

Ut studio discat, quæ mens sit Principis, æquè
Eruat vim Legum, quæquè retrusa sibi:

Ergo Tuum studium, conatus Laudo tuosquè,
Confendas cathedram masculè, Victor eris.

Gratulor, & dignos ferat opto gloria fructus,
Auguror, ecce, dabit præmia digna Themis.

gratul. scrib.

A. WILLEBRANDT.

Dr. Prof. Jur. Publ.

TE quoque virtutis præruptos scandere colles
Et studium Doctis ritè probare juvat.

Pergito felici decurrere tramite metam;

Succedes doctis non sine laude Viris.

*Bis hisce egregiis Nobiliss. Dni. Respondenti,
Amici ac Auditoris sui perindustrii cona-
tibus prolixissimo affectu raptim applaudit.*

PRÆSES.

Ad

Ad Nobiliss. Dominum RESPONDENTEM,
impigrum Juvenem.

CArmen, Amice, petis, longum Tibi debeo Carmen,
Vivida nam Virtus est tua digna cani.
Carmina me poscis, sed Carmina nulla sequuntur;
Fama canet melius dulce Laboris Epos.

Votivam hanc Tabulam *Musis* & *Honori* suspendit.

M. M. Q.

M. J. LINDEMANN.

Phyf. & Metaph. P. P. Archi-D.

Marianus.

So muß die Jahres-Zeit uns jeko würcklich lehren
Worauff der stete Fleiß / die Absicht hat gewandt/
Es muß der rauhe Herbst nunmehr die Frucht bescheren/
So abgepflücket hat / die Arbeits-volle Hand.
Der Stock steht zwar ohn Wein / das Laub fällt von den Bäumen/
Der strenge Nordwind nimpt / den Büschen ihre Zier/
Doch sieh't ein Ackers-Mann / daß er nicht mög' versäumen/
Die Zeit / da er sein Korn mit Nutzen bring' herführ.
Die Frucht der Sommer-Zeit / die er woll auffgehoben/
Muß zum gemeinen Nutz nunmehr seyn gewandt/
Und eben darumb ist auch sehr und hoch zu loben.
Diß Edle Musen-Kind / mein werthster Hültebrant.
Dein unverdroßner Fleiß / kan nicht verborgen bleiben
Du zeigst die Früchte hie / die du gesamlet hast.
Drumb wird man deinen Ruhm / ins Buch der Ehren schreiben/
So mache dich hiezu / mit ersten nur gefast.

Mit diesen schlechten Zeilen / hat seine gehorsamste
Schuldigkeit gegen den Herrn Resp. nach
rühmlichst abgelegter probe / abstaten sollen

Johann Christoph Jauch /

Güstr. Meckl. S. S. Th. Stud.

So läßt DEIN kluger Mund sich jko hören/
Mein wehrter Freund / auff der Minerven Stuhl;
Und zeigt / was DU weißt von Themis Lehren/
Die GZE DZK beigebracht in ihrer Schul?
Ich zeuge daß DEIN Geist sich hat entrisßen
Der Wollust glatten Leim / und daß DU DZEH/
Was Klugheit heißst / zum samlen / stets befließen/
Bey Tag und bey der Nacht gleich efferig.

Drumb

Drumb wünsch ich / daß du bald des Fleißes Früchte
Genießen magst / und daß **DEIN** guter Ruhm
Sich mehre stets / und nach dem Fleiße richte!
So bleib **DEIN** Ehr' und Glück gewiß zum Eigenthum.

Dieses setzte seinem Bebrtesten Freunde
zur schuldigen Obliegenheit bey

H. H. Rechel.
Huso. Holfat.

SAt nobis constat *magnorum laude Virorum*
Te modo Pieriis invigilasse choris.
Hinc jam docta pio conatu pulpita scandens
Differis ingenii, *suavis Amice*, decus.
Gratulor hos aulus, grator laudabile coeptum,
Ut capias studiis præmia grata tuis.

*Ex sincero cordis affectu Praestantissimo Domino
Respondenti Amico suo charissimo ita gra-
tulabundus applaudit.*


M. J. v. Mithoff.
Hamb.

IN tua Votivum missum *Sacra Diva Themista*
Hocce *Caput*, virides Segetes messesqve futuræ
Primitias dicat *Alma* tibi pro Tempore: ubi ætas
Hoc firmata Virum perfecèrit, accipe messem.
Auspicium *Memoris* surgentis ad alta *Dilecti*
Fortunes *Veneranda Themis* quæ limina Divûm
Seryans, æternum folio subniteris *Æqui*.

*sic egregiis conatibus Amici sui longè exoptat-
issimi gratatur.*

CAROLUS ARNDIUS,
Güstrov. Megapol.
S. S. Th. Stud.







Ad Nobiliss. Dominum RESPONDENTEM
impigrum Juvenem.

CArmen, Amice, petis, longum Tibi debeo Carmen,
Vivida nam Virtus est tua digna cani.
Carmina me poscis, sed Carmina nulla sequuntur;
Fama canet melius dulce Laboris Epos.

Votivam hanc Tabulam Musis & Hono

M. M. Q.

M. J. LINDEN

Phys. & Metaph. P. P.

Marianus.

Es muß die Jahres-Zeit uns jeko würcklich lehren
Worauff der stete Fleiß / die Absicht hat gewandt
Es muß der rauhe Herbst nunmehr die Frücht bescheren/
So abgepflücket hat / die Arbeits-volle Hand.
Der Stock sieht zwar ohn Wein / das Laub fällt von den B
Der strenge Nordwind nimpt / den Büschen ihre Zie
Doch sieh't ein Ackers-Mann / daß er nicht mög' versäume
Die Zeit / da er sein Korn mit Nutzen bring' herführ.
Die Frucht der Sommer-Zeit / die er woll aufgehoben/
Muß zum gemeinen Nuß nunmehr seyn gewandt/
Und eben darumb ist auch sehr und hoch zu loben.


Diß Edle Musen-Kind / mein werthster Hültebrar
Dein unverdroßner Fleiß / kan nicht verborgen bleiben
Du zeigst die Früchte hie / die du gesamlet hast.
Drumb wird man deinen Ruhm / ins Buch der Ehren seh
So mache dich hiezu / mit ersten nur gefast.

Mit diesen schlechten Zeilen / hat sein
Schuldigkeit gegen den Herr
rühmlichst abgelegter probe /

Johann Christoph

Güstr. Meckl. S. S. Th

Es läßt DEIN kluger Mund sich iho hören/
Mein wehrter Freund / auff der Minerven St
Und zeiget / was DU weißt von Themis Lehren/
Die GZE DEIN beigebracht in ihrer Schul?
Ich zeuge daß DEIN Geist sich hat entrißen
Der Wollust glatten Leim / und daß DU DZES/
Was Klugheit heisst / zum samlen / stets beflissen/
Bey Tag und bey der Nacht gleich eiferrig.



the scale towards document